



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Baptismus

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

In alieno } *Syl. l. c. nu. 3. P. N. l. c.* qui tamen distinguunt lege si libet. *Graf. l. 2. ca. 62. nu. 57.* ait posse.

2 Bannitum alere tenetur, qui aliàs tenebatur, ut pater, filius, vxor; est enim id de iure naturæ, quod per Ciuile non tollitur. *Lancell. Gabell. de Stat. q. 6. n. 11. post Socinum In. & alios.*

\* *Vide Nau. consi. 23. de sen. excom. nu. 7.*

3 Bannitus potest succedere ex testamento, vel ab intestato.

\* *Lege Syl. Bannum nu. 3. 4.*

4 Bannitum an possit etiam filius occidere, alij aiunt, alij negant; ego non puto. Illud verò sentio, non posse illum se defendendo, occidere eum, qui se velut minister iustitiæ occisurus aggreditur.

*Baptismus, vide Matrimonij impedimenta.*

1 **B**aptizatus in necessitate sine solennitate, non peccat, etiam si sit in peccato, aut excommunicatus.

\* *Syl. Bapt. 3. q. 4. Tol. l. 2. c. 20. num. 7.*

2 Baptizans aliquem, putans esse alium, aut puellam, putans esse puerum; verè baptizat.

\* *Tol. l. c. num. 12.*

3 In dubio an fuerit verus Baptismus: sub conditione si non est verè baptizatus, iterādus est. *Vide de Consecr. d. 4. c. Placuit, & de Bapt. & eius effecta. c. 2.*

\* *Id*



\* Id est, quando anceps est animus, post diligentissimam indaginem (neque enim temere sub conditione iterandus baptismus) *Sot. d. 3. q. vii. art. 9. l. c. De quibusdam de Bapt. & eius eff. Alex. 3.* Forma conditionalis ex cit. can. est. si baptizatus es, ego non te rebaptizo, si non es baptizatus, ego te baptizo.

4 Perfectus est Baptismus etiam cum verba statim, vel post aquæ aspersionem, vel antea, proferuntur.

\* *Lege Syl. l. c. 5. num. 3. Tol. l. c. c. 19. nu. 2. Sot. d. 24. q. 1. art. 2.*

5 Baptizato in necessitate domi, adhibenda in Ecclesia ceremoniæ, quæ defuerunt 1. q. 1. *Spiritus sanctus.*

\* *Vide Sot. l. c. d. 3.*

6 Baptizare extra necessitatem nõ subditum, sine licentia Parochi non licet.

\* *Tol. l. c. num. 2.*

7 Nec fœminæ baptizare licet, præsentem viro qui possit, & velit baptizare, nec laico præsentem Clerico, non tamen est id, si fiat, mortale peccatum.

\* *Cap. mulier de consecr. d. 4. vide Nau. c. 22. nu.*

7. 1. qui putat, esse p. m. quod existimat *Sot. de laico extra necessitatem baptizante, 60. col. 9. vide Sua. t. 3. d. 31. sect. 4.*

Solus Parochus, vel alius Sacerdos, eo concedente, baptizat solemni ritu, extra necessitatem, *Sot. d. 4. q. vii. art. 1. quod tamen Gloss.*



*in c. Diacon. 93. d. Diacono concedit, quod Sua non displicet. l. c. d. 23. sec. 2. vide vers. ordo.*

8 Potest quis filium suum in Baptismo suscipere, si desit qui suscipiat. 30. q. 1. *Peruenit.*

\* *Arg. c. ad limina 30. q. 1. nec contrahit cognationem, Sua. 4. 3. q. 67. art. 8. contra alios: Sot. l. c. ar. & col. 5. Susceptorem esse simpliciter necessarium, negat.*

9 Religioso prohibitum est suscipere in Baptismo, si tamen suscipiat contrahit spiritualem affinitatem.

\* *Non licet primo de consec. d. 4. c. placuit, ib. q. 1. tamen Baptismus 38. matrim. 13.*

10 Validus est Baptismus datus dormienti, vel amenti, si antea baptizari voluerunt; item qui datur amenti à natiuitate.

\* *Val. t. 4. d. 4. q. 3. p. 1. in fin.*

11 Compotem rationis puerum Baptismum petentē baptizare licet, inuitis parētibus infidelibus: in dubio verò de rationis vsu, sufficit esse septē annorū: non compotē autē licet baptizare, si alter parētū Christianus consentiat.

\* *Sot. d. 5. q. vii. art. 10. col. 21. Carentes autem vsu rationis non sunt baptizandi parentibus inuitis, D. Thom. 4. d. 5. Sot. t. c. contra Scot. & Dur. ex c. de Iudicijs 44. dis. § Non compotem § c. ex literis, extra de infid. conuer.*

12 Obstetrices tenentur scire formam Baptismi, & quidem præstat vulgari lingua scire, quàm latina.

\* *Nan.*



\* *Nau. c. 22. n. 6.* Pia sententia, & amplectenda; sed tamen fortasse præceptum non est naturale, aut Ecclesiasticum, *Sua. l. c. d. 31. sect. 5.*

13 Baptizare extra Ecclesiam non licet nisi in necessitate, aut Principis filium. *Vide Clem. de Baptism.*

14 Verus est Baptismus datus volenti baptizari, sed non credenti: vt est verus, qui datur à volente baptizare, sed non credente.

\* *Sot. l. c. art. 8. vide cap. Baptismus, de consecr. dist. 4.*

15 Vngere Chrismate alterius anni baptizatum, extra necessitatem non licet.

\* *Cap. Si quis de oleo. d. 4. cit. Naua. cap. 22. numer. 74.*

Addit. 3 Patrini in sana fide, moribus christianis tenentur, sub p. m. susceptos pueros instituere: excusantur, si Parentes, aut magistri id faciant. *ex D. Tho. 3. p. c. 67. art. 8. Val. t. 4. d. 4. q. 2. p. 3. Lege Sua. l. c. 68. ar. 8.*

Tenentur Patrini susceptorum puerorum curam gerere, si vrgeat necessitas. *Sot. d. 4. q. vni. ar. 5. concl. 2. vide c. Vos ante de consecr. d. 4. Infidelis in baptismo, & non confirmatus in confirmatione non possunt esse patrini c. In baptismo cit. dist.*

In priuato baptismo, in quo non est sponsor necessarius, si caremonia adhibeatur cognitione contrahi probabile putat *Sua. com. art. 8. q. 67. eum Sot. Nau. & Sanchez lib. 7. d. 62. proba-*

proba-



probabiliorem censent contrariam sententiam.

Si plures susceptores, quam duo, adsint, & nulli designentur (cum soli designati, & à Parocho admissi contrahant) à nullo cognationem contrahi probabile est; quia nemo est susceptor, ut vult Ecclesia, *Sua. l. c.* & *Sanch. libr. 7. q. 57. contra Nauar.* putantem, ab omnibus contrahi. dici posset, primis viro, & fœmina suscipientibus contrahi spirituales cognationem.

In necessitate filium baptizans non amittit ius petendi. *c. Ad limina 30. q. 1.*

Non peccat mortiferè, qui postulante necessitate, in m. p. baptizat. *D. Thom. 3. p. q. 64. art. 6. ad 3.*

Ad concubinam accedens, post filium ex ea susceptum à se in necessitate baptizatum, incestum patrat. *Ledes. q. 56. art. 1. dub. 2. nec potest eam ducere. Sanchez li. 7. d. 62. nu. 11.*

Baptizans filium non suum, sed vxoris, in necessitate, non priuatur iure petendi. *Id. 16. dub. 3.*

Sola ignorantia inculpabilis conseruat ius petendi baptizanti filium extra necessitatem. *Led. 16. dub. 4.*

Baptizans in necessitate cognationem contrahit. *Sanchez l. c.*

Patrinum, per missum à se procuratorem, spirituales cognationem contrahere, quidam aiunt;



aiunt; alij negant probabilius. lege Sanchez d. 59. l. c.

16 Qui posuit obicem per peccatum Baptismi effectui, debet illum postea Sacerdoti confiteri, non autem alia peccata ante Baptismum facta.

*Bellum, vide Clericus.*

1 **M**iles bellum, de cuius iustitia dubitatur, gerenti subditus, si in eo praelietur, non peccat; peccat autem, si sciat esse iniustum.

\* De bello multa. Mol. à dis. 98. vsque ad 123. Banes in 2. 2. q. 40. Val. t. 3. d. 3. q. 6. Bellar. l. 3. à cap. 14. de memb. Eccles. milit. Couarr. Regu. Peccatum. p. 2. à §. 9. P. N. l. 2. c. 3. à num. 258. Nauar. c. 16. num. 15. Caiet. vers. Bellum, & in 2. q. 40. cum D. Thom. 2.

\* Nau. c. Quid culpatur 23. q. 1. P. N. l. c. nu. 270. Nau. c. 3. nu. 18. Non subditus peccat in dubio, & tenetur restituere. P. N. l. c. nu. 263. ex Syl. & Caiet.

2 In bello iusto etiam innocentes licet spoliare & capere, ad debilitandas hostium vires. Quòd si bellum est perpetuum, vt cõtra Turcas, licet etiam innocentes captiuare. Quòd si dati sunt in obsides, & violent hostes hidem datam, non licet illos occidere; licet autem, si sint de nocentum numero.

\* Fum. Bellum. numer. 10. P. N. l. c. numer. 287.

B

ξ Quod